missionem, et actualem pacificamque possessionem per Illem comparentem et Illes Dnos, die quacunque voluerint, assumendam. Per ipsos Ensos Cessionarios suos, hoc idem ius, sorte et bona praedicta condescensa, tenendi, habendi, possidendi, utque pacifice et quiete utifruendi, ac in usus suos, quosvis beneplacitos libere et effectualiter convertendi. Vigore praesentis Iuris originalis, ea omnia [illegible] in se complectentis, praesentisque Cessi et transfusi

Białobrzeski Consorti suae Donat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Premislien Ensdus Petrus Białobrzeski, corpore quidem aeger, mente tamen sanus existens, Recedendo a terminis Districtibus heredibus heredibusque suis quibuscunque praesentis etiam petens, Praesenti autem Iuridicam Castren Capitan Premislien, qui ad Actum praesentem attinet, secum heredibus, bonisque suis [illegible] omnibus, totaliter et plenarie incorporando, atque subjiciendo, palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Res suas mobiles generaliter omnes, in auro, argento, klenodijs existentes, tum et Equos, Equiream, pecora, pecudes, ac totam suppellectilem Domesticam, in quacunque forma et Materia existentem, Summasque pecuniarias quasvis, quocunque penes se Recognoscentem ac in Bonis quibusvis, in terris et Districtibus Premislien et Sanocen iacentibus, modo quovis inscriptis et assecuratas reperiuntur, Exceptis his quae post mortem parentis sui, quam Deus Omnipotens diutissime differat, in se recognoscentem successoresque suos devolui poterint, Cum omni iure et dominio, proprietate, tituloque hereditario, Cumque omnibus et singulis, earundem rerum Mobilium Summarumque pecuniariarum obligationibus, proventibus, redditibus, emolumentis, attinentijsque

nentijsque et pertinentijs quibuslibet universis, Nihil ex eis mentionatis iuris dominij, proprietatis, ac cuiusvis competentiae, ex praerogativa sibi suisque successoribus, aut alio quopiam, easdem res su[illegible] praesens post reservando seu excipiendo. Verum prout eas omnes ipsemet Recognoscens tenuit, habuit, et possidebat, ipsumque concernebant, ac eidem serviebant. Iam ex nunc et de facto Gnosae Annae Rogawska filiae Gnosi Alberti Rogawski Consorti suae legitimae, eiusque Posteris, dedit, donavit, inscripsit, et resignavit, prout per praesentes dat, donat, ac titulo puro merae, perpetuae, et irrevocabilis Donationis, inscribit et resignat perpetuo, et in aevum irrevocabiliterque. Per ipsam Consortem suam, et eius successores, bona praedicta praesenti Donatione cum suis obligationibus, et emolumentis, tenendi, habendi, possidendi, utque pacifice et quiete utifruendi, ac ad usus suos, suorumque successorum quosvis beneplacitos, libere et effectualiter convertendi. Vigore Inscriptionis praesentis Donationis. Ea tamen conditione adiecta, ut praedicta Consors sua, in casu mortis sui Recognoscentis, Summam Ducentorum florenorum pecuniae polonicae, de bonis praedictis, ac summis pecuniarijs [illegible] te sua derelinquendis, pro expiatione delictorum, animae vero suae, divinaeque Misericordiae comparandae, realiter et de facto ad manus Reverendi Rectoris Ecclesiae eius, in qua corpus suum sepelietur, solvat ac restituat. Salvo quoque iure suo [illegible] hic praemissa omnia praesenti resignata sibi [illegible] in toto robore reservata.

Idem Eidem Cedit

Comparens personaliter coram Officio Actisque praesentibus Castren Capitan Premislien Ensdus Petrus Białobrzeski Gnosi Pauli Białobrzeski